

1988-05-02 – SS Ioannes Paulus II – Allocutio ‘Magnopere Quidem’

SACRUM CONSISTORIUM

**ALLOCUTIO IOANNIS PAULI PP. II
AD PATRES CARDINALES SACRI COLLEGII
OCCASIONE CONSISTORII
PRO CANONIZATIONE SEPTEM BEATORUM**

Die II mensis Maii, anno Domini MCMLXXXVIII

Magnopere quidem delector vestro conspectu hic, Venerabiles Fratres, et hodierno mecum consessu, in quo iterum pro vestra auctoritate dignitateque praebebitis mihi valida sane consilia ac salutaria omnino auxilia in procurandis quibusdam maioris scilicet ponderis negotiis quae universam denique afficiunt Ecclesiam. Oblatam vero sic opportunitatem libens profecto adhibeo ut debitas unicuique vestrum referam gratias de utilissimis adiumentis, sententiis, propositis quae interea non dubitavistis nec cessavistis principi Ecclesiae mihi pastori mente aperta promptaque voluntate exhibere.

Ut in medias continuo ingrediamur res: haec video potissimum hodie mane nobis agenda: ut Venerabilis Fratris Nostri Eminentissimi Camerarii Sacri Collegii nuntiationem percipiamus, ut Ecclesiis per orbem vacantibus diligenter prospiciamus et cognoscamus eas de quibus iam rite est hoc temporis spatio provisum, ut vota de nonnullis canonizationibus pridem propositis libere exprimamus: nominatim hisce de Beatis caelitibus Rocho Gonzáles, Alfonso Rodriguez et Ioanne del Castillo sacerdotibus Societatis Iesu et martyribus, tum super Simone de Roxas presbytero Ordinis Sanctissimae Trinitatis ac fundatore Congregationis Christifidelium vulgo dictae “Ave Maria”, de Magdalena Marchionissa de Canossa fundatrice Filiarum ac Filiorum a Caritate, super Marià Rosa Molas y Vallvé fundatrice Sororum a Consolatione necnon Philippina Duchesne virgine e Societate Sororum a Sacro Corde Iesu.

His in causis omnibusque in nostris operibus et inceptis utinam caelitus nobis praesenti subsidio adsistat Beatissimus ille faber et opifex, Iosephus, quem heri amanter in sacra liturgia commemoravimus cuiusque exempla humilitatis et sedulitatis, simplicitatis et paupertatis studere semper debemus quam plenissime sectari ac nostro in opere complere.

Il Santo Padre dà, quindi, il suo assenso all'avvenuta elezione dell'Eminentissimo Cardinale Giovanni Willebrands, a Camerlengo del Collegio Cardinalizio. Segue l'annuncio delle nomine avvenute dall'ultimo Concistoro del 22 giugno 1987. Nel suddetto periodo, come ricorda il Santo Padre, sono state provviste 160 Chiese, delle quali: 1 patriarcale, 15 metropolitane, 1 arcivescovile residenziale, 2 arcivescovili titolari, 86 vescovili residenziali, 50 vescovili titolari e 3 prelature territoriali.

Successivamente l'Eminentissimo Cardinale Pietro Palazzini, Prefetto della Congregazione per le Cause dei Santi tiene la relazione sulla situazione delle cause di Canonizzazione dei Beati:

- Rocco Gonzáles, Alfonso Rodriguez e Giovanni del Castillo;
- Simone de Roxas;
- Maddalena Marchesa di Canossa;
- Maria Rosa Molas y Vallvé;
- Filippina Duchesne.

Alla relazione fa seguito la votazione da parte dei Signori Cardinali.

Terminato così il Concistoro segreto, vengono aperte le porte della Sala e si ammettono gli Arcivescovi, i Vescovi e gli Abati per la celebrazione del Concistoro.

Questo inizia con la perorazione di un Avvocato del Sacro Concistoro, per le cause di Canonizzazione dei predetti Beati, cui segue a nome del Santo Padre, la risposta di un Prelato della Segreteria di Stato, il quale fa presente che le cause sono state ampiamente discusse e se ne può quindi fissare la data di Canonizzazione.

Il Santo Padre richiede, quindi, con una breve allocuzione, i voti per le Canonizzazioni, cui segue la votazione da parte dei Cardinali e dei Prelati.

Al termine della votazione Sua Santità ha espressioni di compiacimento per il consenso manifestato dai presenti e indica le date per la Canonizzazione dei predetti Beati che avranno luogo nel corso del corrente anno:

- 16 maggio: *Rocco Gonzáles, Alfonso Rodriguez e Giovanni del Castillo;*
- 3 luglio: *Simone de Roxas e Filippina Duchesne;*
- 2 ottobre: *Maddalena Marchesa di Canossa;*
- 11 dicembre: *Maria Rosa Molas y Vallvé.*